



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Marcvs Ev. 25. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

omnibus septimanis dies non nisi pane & aquâ traduxit, & reliquis, quibus opiparè vixit, leguminibus vixit, etiam tunc, cum ab Hierosolymitano itinere & lōgâ Saracenorum captivitate redux continuâ febris laboravit? Superi! quis nostrum ægro corpusculo facit tam ægrè? Nimirum Virgo facit, ut periclitanti pudicitiae medicinam faciat. Et arrisit his studiis Christus ipse, qui Ierosolymæ ad sepulchrum suum orantis BONÆ, capiti ter manum suam imposuit, & post quadragintadiæ jejunium traductum, in eadem eremo à Virgine, in quâ ipse traduxerat olim, annulo sibi visendus desponsavit, multisq; aliis miraculis ornavit. Ultimo è vitâ BONÆ inter risum cantusque abiit. Quid miraris lector? dum vixit, fleuit. *Ex Bzovio 13. tom. ann. Eccl.*

S. MARCVS EV. 25. Aprilis.

MARCVS ut primùm res Christi gestas litteris consignavit, à Petro Alexandriam legatus est: cum ipso etiã Evangelium in urbem penetravit. Cùm enim sub portâ Anianus cerdo detritas Apostoli soleas reficeret, subulâque in lavam exerrante, Deum, ut fit in adversis, in clamaret, MARCVS vulneri remedium fecit, & Anianum magno operæ pretio ad Christi Religionem traduxit. Sed cùm ob quotidiana fidei

26. APR. *Vita Sanctorum.* 231
fidei incrementa MARCVS insidiis
appeteretur, Anianum pro se urbi Epi-
scopum dedit, ipse Pentapolim abiit.
Indidem biennio post Alexandriam
rediit, ubi ad aram ipse Dominica Re-
surrectionis festo die captus raptatusq;
per urbem, Paschalis pro Christo factus
est victima. Ea nocte Angelus nomen
suum Marco albo Caeli inscriptum
monstravit, & Christus ipse magno
presens fuit solatio: postera luce cum
laqueo gula implicaretur, tam cito co-
stringi non potuit, quin celerior anima
ad Superos evolare. Cadaver ne torto-
res exurerent, coorta repente tempestas
rogum omnem cum bustuariis disje-
cit. Nunc de illius tumulo Italia Ger-
maniaque certant, ut de Homeri cunis
Graciae urbes; lite tanto sanctiore,
quanto dignior est, qui Christi, quam
qui Achillis praelia scripsit. *Ex Brev.
Rom. & S. Hier.*

S. BASILEVS EP. MART.

26. Aprilis.

Scelus heu! ingens, juvenus, Tuis
Smanibus tuam occidis, cheu! toties
castitatem, cum olim viri sancti occi-
dere pro aliena non dubitarint. Frodeat
BASILEVS, & dum pro aliena pudici-
tia pugnat, pugnare pro nostra nos do-
ceat. Erat Licinio Imperatori in Parthe-
none virgo, virgini nomen Glaphyra,
P 4 ad-